



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXIX. Des Markgrafen Johann von Brandenburg Schreiben an dieselben  
wegen eben der Sache vom 15. August 1256.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Datum Anno MCCLVI. (Littere in festo assumptionis gloriose virginis mariae misse Herbipolim in generale colloquium per uenerabilem virum fratrem Waltherum de Solce muncius ciuitatum).

Aus des Freih. von Freyberg Sammlung hist. Schriften und Urkunden I, 516. Daraus auch bei Perz, Monum. historica Germaniae IV. Legum II, 378.

**LXIX.** Des Markgrafen Johann von Brandenburg Schreiben an dieselben wegen eben der Sache, vom 15. August 1256.

Johannes, dei gratia Brandenburgensis Marchio, Mogunt. Colon. et ceteris ciuitatibus (ut supra) salutem et sinceram ad beneplacita uoluntatem. Studiis uestris bonis et sanctis in domino congaudemus, in quibus uos pacem et commune bonum ostendistis diligere ac fouere, vniuersitati uestre toto corde grates et gratias referentes, et hoc uita semper et rebus apud uestram dilectionem promereri cupientes, quod sub spe pacis agenda et conseruandae nos et alios principes ad concordem Romani Regis electionem tam sollicite commonere curastis, uestrum consilium et auxilium unanimiter adhibendo. Verum quia nos ac alii principes in hoc concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis ecclesie intendamus, (nec) aliquod capud tam ydoneum ad tam sanctum propositum prosequendum poterimus inuenire, ut fratrem nostrum Ottonem, quem in Regem postposito omni dubio eligemus, et ipse, ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque uestrum ac aliorum amicorum suorum, omnino hoc reculare de cetero non audebit.

Datum Wolmerstede, Non. Augusti. (Litterae in festo assumpt. mariae etc. wie bei der vorhergehenden Urkunde).

Aus des Freiherrn von Freyberg hist. Schrift. und Urk. I, 517. Auch bei Perz, Mon. hist. Germ. IV. Leg. II, 379 abgedruckt.

**LXX.** Des Herzogs Albert von Braunschweig Schreiben an dieselben wegen der nämlichen Angelegenheit, vom Jahre 1256.

A., dei gratia dux de Brunswic, dilectis suis mogunt. Colon. Worm. et ceteris ciuitatibus (ut supra) paratam ad beneplacita uoluntatem. Studiis uestris bonis et sanctis in domino congaudemus, in quibus uos pacem et commune bonum ecclesie ostendistis diligere ac fouere, vniuersitati uestre toto corde gratias referentes, et hoc uita semper et rebus apud uestram dilectionem promereri cupientes; quod sub spe pacis agenda et conseruande et nos et alios principes ad concordem Romani Regis electionem tam sollicite commonere curastis, uestrum auxilium et favorem unanimiter adhibendo. Verum quia nos et alii Principes uobiscum in hoc concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis ecclesie in-